Omnibus contentis tam gentis quam specialiter, si se aliquis ex recognoscentibus
communitatem et divisim citare permiserit aut successores eorum permise-
rit ad Judicium seu officium quodcumque tam terre quam Castri Premisliensis
quibus se cum omnibus bonis ac successoribus suis presentibus incorporat, forum
ac Jurisdictionis suis quibusvis propriis et competentibus renunciavit. Extunc
in primo citationis termino tanquam peremptorio parere rudere ac inscri-
ptioni presentium et pro omnibus citatis a Judicio vel officio ad-
quod horum tractus vel tracti fuerit non recedere satisfacere et om-
nem Judicatum pati et terminum ipsum primum et alios subsequentes
quotquot in prosequenda causa vel causis ex ea inscriptione emer-
gent fuerit, terminos semper peremptorios, nullis dilationibus de cu-
re vel consuetudine fieri solitis non evadere, exceptiones mo-
tiones appellationesque ac earum prosecutiones tam super accessoriis
quam negotiis principalibus sententiis, nullas facere. Non evadendo quibus
decretis regalibus, evasionibus et condemnationibus quibusvis et con-
ventibus gentibus et particularibus, statutis et constitutionibus consue-
tudinibusque regni laudat et in posterum laudare in contrarium huius
inscriptionis non obstare. Mala indebita et intempestiva citationum
positione et ministerialium relatione insufficienti non evadere, nullisque
aliis modis exquisitis et exquirendis indulte sive extraordinarie fieri
solitis ipsum actorem et eius successores pro premissis omnibus et sin-
gulis evadere. Et nec quicquam sibi in auxilium contra inscriptionem
presentem (cui omnique processui ex ea emanato nullum deffectum
aut insufficientiam obijcere poterit) assumendo sub sue et su-
cessorum suorum totius cause commissione, super quo officio presentium
memoriale per prefatos recognoscentes solutum est.

Dunkowski quietat Drohoiowski

Comparens personaliter coram officio et actis presentibus Castri Premisliensis Generosus Ma-
theus Dunkowski de Orzek, sanus mente et corpore existens a iure suo
quovis proprio recedens, Jurisdictionique sue proprie et competentibus renun-
ciavit, seque cum bonis omnibus et successoribus Jurisdictioni presenti quo ad infra-
scriptam incorporavit publice cum expressione verborum recognovit
Quia a Generoso Kiliano Drohoiowski a Drohoiow summam duorum
millium et quingentorum florenorum pecunie sibi per ipsum coram officio et actis
presentibus solvi pro festo sancti Jacobi Apostoli proxime preteriti
inscriptam et super omnibus bonis hereditariis et obligatoriis mobilibus et immo-

bilibus assecuratis ipsum inscriptione eadem testante recepit et manualiter leva-
vit. Ratione cuius receptionis eiusmodi summe prenominatum Generosum Kilia-
num Drohoiowski de summa predicta quietat et liberum perpetuo fa-
cit. Necnon inscriptionem eandem Castri Premisliensis una cum omnibus illius
contentis ea extunc cassat mortificat et in nihilum redigit perpe-
tuis temporibus

Drohoiowski tenetur Dunkowski

Comparens personaliter coram officio actisque presentibus Castri Premisliensis Generosus
Kilianus Drohoiowski a Drohoiow, recedens a terris Palatinatibus distri-
ctibus ac Juribus suis quibusvis propriis foroque competentibus et se cum omnibus bo-
nis hereditariis et obligatoriis mobilibus et immobilibus summisque pecuniis ubicumque
et quomodocumque ubi sunt et quomodo sunt in Regno Poloniae habitis possessio
et in post habendis successoribusque suis quo ad recognitionem infrascriptorum effe-
ctumque inscriptionis presentis attinet incorporavit et inviscerat sanus mente et cor-
pore existens publice verbisque expressis recognovit quia se et
successores suos de omnibus et universis bonis suis hereditariis et obligatoriis mo-
bilibus et immobilibus per eum ubicumque et quomodocumque tam etiam summis
pecuniis ipsi in quibuscumque bonis servientibus in Regno Poloniae nunc habitis et in
post habendis inscribit et obligat, summam duorum millium et quingentorum
florenorum pecunie Poloniae communis in Regno currentis quemlibet florenum triginta grossis
computatum certi veri mutui atque essentialis debiti, Generoso Matheo Dun-
kowski de Orzek et eius successoribus legitimis teneri debitumque esse presentibusque
se cum successoribus suis legitimis obligari pro die et festo Conversionis sancti
Pauli Apostoli proxime in anno futuro circa acta Castri Capitalis Pre-
misliensis totaliter et plenarie dare persolvere relinquere et reponere re-
positamque non exsidembere nec quomodo modo crestare seu retinere
sub vadio similis summe duorum millium et quingentorum florenorum pecunie. Ca-
su quo summam prefatam essentialem non solverit aut solvere neglexerit
seu successores eius solvere neglexerit pro die et tempore solutionis as-
signato. Extunc ipse Kilianus Drohoiowski ac eius successores debet
vel debent dare et admittere realem intromissionem et actualem possessionem
in omnia bona sua hereditaria et obligatoria mobilia et immobilia summasque
pecunias ipsi ubicumque servientes per ipsum ubicumque in Regno Poloniae habitis
et habendis tam in summa essentiali vigent duorum millium et quingentorum
florenorum pecunie quam vadio ratione non solutionis summe essentialis prefate